



V, 25

2.498



I. N. 7.

MEMORiarVM
COBURGENSIUM
ET
FASCICVLI
TERTII
PRIMA

MEMORIA
IO. CHRISTOPHORI
KOLHANSI,
PROFESSORIS.

ILL. CASIMIRIANI COBURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES RELIQVI
S. I. S.



§. I.

*A*d Fasciculum Memoriarum Coburgensium tertium, & Memoriam primam contexendam, aggredientes, a Iohanne Christophoro Kolbansio, P. L. L. CASIMIRIANI Professore, exordium capimus; Ipse enim Coburgi, & in Orbe Litterario, solidam non solum consequutus est famam, sed & Ludouicum Professorem, nuper in Memoriarum Fasciculo secundo, & Memoria nominatim duodecima, ante oculos constitutum, in Matricula insequitur.

§. II. Et editus erat in hanc lucem M. Io. Christophorus Kolbansius Neostadii ad ericas, in Ducatu Coburgensi, A. MDCIV., d. XXIV. Julii, Cuius siebat Gymnasii Coburgensis A. MDCXX., Jenam Coburgo in Academiam celebratissimam abiit A. MDCXXV., Magister in eadem communi DV CVM Academia renunciabatur A. MDCXXVII., A. MDCXXXIII. in Gymnasio nostrati, Auspiciisque Clementissimis, Professor Mathematicum constitutus est & Inspector Alumnorum, introductusque a Directore Frommanno, qui Programma propterea scripsit, & typis curauit imprimi, die X. Octobr. Anni modo dicti, vna cum Io. Heinrico Hagedansio, Rodabense, exhibendo proxime; Anno subsequente MDCXXXIV., & post semissem, Hebraicae quoque Linguae Eadem commissa est Professio: A. MDCXLII., cum nimirum, deficientibus redditibus in motibus istis bellicis, Docentium contraberetur numerus, & Eorum decurtarentur salaria, (qua de querimonia
Dire-

Fasc. III.

Directoris & Professorum, A. MDCXXXIX. scripta, supra expositum est in *Memor. Fasc. I. Mem. VII. p. 56.*) *Goettingam* commigravit, *Goettingae* Professorem egit *Linguae Graecae*, A. MDCLII., cum placatae tandem euassissent res turbatissimae, in patriam rediit, & in hac ipsa paullo post reditum functio scholastica deferebatur *Kolbansio*, *Scholae Senatoriae Coburgi* esse iubebatur *Rektor*, nactusque hanc spartam, *extraordinariam* pariter in *Gymnasio Graecae Linguae* accepit *Professionem*. Diem expleuit supremum IX. Sept. A. MDCLXXVII., natus annos LXXIII. *Symbolum Kolbansii* fuit: *Ἰησοῦς Χριστὸς Κύριος Μεταίθεός μᾶς*. Conferantur, *Wittenius* in *Diario Biographico* ad A. 1677., *Gelehrten*: *Lexicon* p. 1104., (per errorem in hac *Gymnasti* appellatus est *Rektor*) *Dn. Kriegk* in *Commentario de vita Iusti a Dransfeld*, & huic subnexis notis in *Athenaci Goettingensis* *historiam*, pp. 30. & 49., nec non *Dn. Thomae* in *Histor. Beschreibung der Prediger und Stadt-Schul-Collegen des Coburg. Fürstenthums* / p. 509. *Funebre Programma* in *Actis* non habetur.

§. III. *Scriptis* porro compluribus innotuit *Kolbansius* *Professor*, prodieruntque ab Eodem, & *Eiusdem* signata nomine:

1) *Exercitatio natalitia Philosophiae Christianae, ex nuncio Angelico* *Luc. II. v. 10. 11. & 12.*, Praeside *M. Andrea Keslero*, *Coburg-Franco*, & Respondente, *Io. Christophoro Kolbansio*, *Neapolitano* ad *ericas Franco*, in *Illustr. Casimiriano* instituta d. 24. Dec. A. 1624. *Cob. a. e. in 4.*

Dicata est Patrueli, Dn. Io. Heinricho Kolbansio, *J. P. Licentiato*, & *SERENO PRINC. DN. IO. CASIMIRI Praefecto apud Gothanos.*

2) *Descriptio Poetica Obsidionis Coburgi, Cuiusmodi ac totius terrae Coburgiacae spoliationis, exactionisque hostilis, a die ante festum Michaelis ad III. Non. Octobr. A. 1632. ab ingenti exercitu factae, tandemque, seruato simul castello, coelitus profectae liberationis, Cob. A. 1633. 4.* A 2 3) *Pa-*

- 3) *Parodiae Scheinianae, oder Coburgische Abschieds-Lieder/ nach etlichen Melodien Joh. Herm. Scheins gemacht / Cob. A. 1642. 4.*
- 4) *Isagoge in Linguam Graecam, siue Grammatica Graeca, graece conscripta, & paradigmatis ac tabellis in Etymologia, sententiis vero & Exemplis graecorum Autorum in Syntaxi repraesentata: subiunctis de Etymologia regulis, memoriae seruientibus. Cui accessit Epistola Iohannis Apostoli prima, cum suo vocabulario, pro initiatis, & utriusque partis huius opusculi grammatici Lexicon in eiusdem versione utendum. Coburg. A. 1653. 4. Edita iam fuit Grammatica Graeca A. 1633. & A. 1640. 4.*
- 5) *Admiranda Optica, Cob. A. 1660. 12.*
- 6) *Hodoeporicum subiectissimum pariter ac deuotissimum, als Se. Hoch-Fürstl. Durchl. / Herzog CHRISTIAN / nach eingenommener Huldigung zu Weiningen und Coburg / wieder nach Altenburg zurück reisen wolten / den I. Octobr. A. 1661. Cob. A. 1661.*
- 7) *Cometa generalis cum speciali, oder Cometen-König / welcher A. 1664. und 1665. am Himmel erschienen / samt den darauf A. 1665. folgenden Cometen / und vermuthlich ersten Vortrab / edit von M. Joh. Christoph Kolhansen / Gymn. P. P. und der Stadt-Schul zu Coburg Rectore, Cob. A. 1665. 4.*
- 8) *Grammatica Hebraea biformis, Cob. A. 1670. Alia ab Ebraea Grammatica, scripta Ebraice, uti ante recensita Graeca scripta fuit graece.*
- 9) *Exercitationes Glotticae, siue Tractatus, continens Poeticam Hebraeam: Observationes varias in Psalmum CXIX.: Conuersionem de V. T. Punctorum Hebraicorum origine: item Observationes de Nomine Dei tetragrammato, ac Scheva & Vocalibus haeraphatis, de V. T. Germanica Lutheri Versione, de Noui Testamenti*

- menti hellenistica Lingua. Quibus de studio linguarum brevis
accesse Appendix. Coburgi A. 1675. 4.
- 10) Vindicatio Kolbansiana contra Anti-Cappellianum Disputato-
rem Coburgensem. Cob. A. 1675. 4.
- 11) Grammatica Ebr., Literis Ebr. punctis absentibus expressa, cum
Vocabulario, s. Ebräischer Trichter. Cob. A. 1676. 4.
Retensetur in Catalogo alphabetico Grammaticorum Hebraeorum inter Chri-
stianos in Dn. VVolfii Biblioth. Hebr. P. II. p. 610.
- 12) Neuerfundene Mathematische und Optische Curiosi-
täten / Leipz. A. 1677. 4.

§. IV. Quam vero ad *Vitam*, verbis propositam perpauca;
Quae ad *Scripta Kolbansii*, indicata saltem titulotenus: quoniam
expositionem iuvat addere, *illam ipsam* nunc addimus, & ita ad-
ornamus, vt ex monumentis fide dignis dilucidior & plenior
compareat *Biographia Kolbansiana*, *Vitarum Amatoribus* idcirco
etiam futura acceptior.

§. V. Addimusque *primùm quaedam ex Programmate* supra
citato *Directi, Frommanni*, typis exscripto, publicato d. VI. Oct. A.
MDCXXXIII., & *Introductioni* praemisso *Kolhans - Hagelgansia-
nae*; nam *Introductionem* non designant solùm, sed & ad *condi-
tionem & fortunam Gymnasti* pertinent noscendam. Verba
Frommanni sub *finem programmat* haec sunt:

SERENISSIMVS PRINCEPS ac DOMINVS, DN. IO. ER-
NESTVS, Dux Saxoniae c. r., vt in *fundatione Illustris huius
Athenaei*, vna cum FRATRE SERENISSIMO, IO HANNE
CASIMIRO, *beatissimae recordationis*, sufficientibus sum-
ptibus idem dotando, nihil de sua munificentia remisit, eoque
suum erga orthodoxam religionem zelum, erga subditos clemen-
tiam, erga patriam paternam affectionem, erga Musas, earum-
que Studiosos, benevolentiam abunde declaravit: ita quoque,
vt conseruetur in flore, & his bellorum incendiis ab interitu

vindicetur, Idem sibi clementissime commendatum vult habere: siquidem, literis non ita pridem debita subiectione certior factus, ultra Directoratum, adhuc unam vacare sedem, & per constitutionem eiusdem duo loca complenda & sancienda restare, in mandatis dedit Grauissimis Dominis Scholarchis, ut ordinem Docentium mature resarcirent, & per denominatas suaeque Celsitudini commendatas personas vacantia loca complerent. Ad mandatum ergo praedicti Principis optimi & religiosissimi, & Grauisimorum Dominorum Scholarcharum iussu, nomine & autoritate, duos Viros praestantissimos, & quâ virtutem, quâ eruditionem, quâ vitae integritatem ornatisimos, Dn. M. Johannem Christophorum Kolhans/ Neapolitanum ad ericas Francum, & Dn. Johannem Heinricum Hagelgans/ Rodachio Francum, proxime sequenti die Junis, qui erit 10. Octobris, post datum signum, solenni ritu introducâ, eosque iuuentuti sistam, Paedagogicis quidem, ut Praeceptores fideles, Publicis vero, ut Professores industrios, Conuictoribus ac Alumnis, ut Inspectores vigilantes & sedulos; simulque copiam ipsis faciam docendi ac informandi in eo $\Phi\epsilon\omicron\rho\tau\iota\varsigma\eta\pi\iota\omega$, ubi annis superioribus didicerunt; legendi, profitendi, ac disputandi in eo $\lambda\upsilon\gamma\alpha\tau\eta\pi\iota\omega$, ubi diligenter auscultarunt, & audita in succum & sanguinem suum conuerterunt.

§. VI. Addimusque merito, de Controuersia, quam Kolhansius, Cappelli Affectator, cum Wülffingio, Collega suo & Professore Gymnasi nostratis, sed Defensore Buxtorfii, habuit, quae ipse narravit Kolhansius, aduersam suam, & ipsius Gymnasi, ob perpetua Professorum iurgia, fortunam exhibentia. Quod enim post alios nuper adhuc indicauit Dn. D. Pfaffius in Sebediasmate Theologico de Formula Consensus Heluetica, pp. 20. 21. Ludouicus Cappellus, Theologus Salmurienfis, existimauit, puncta uocalia Hebraei Codicis literis haud coaeva esse, nec $\delta\epsilon\iota\pi\epsilon\upsilon\sigma\tau\alpha$, neque quoad potestatem, recens esse Inuentum, nec iis necessario standum, sed posse &, si Ver-

siones,

siones, Chaldaica, Graeca, Samaritana, suadent aliter, alia literis puncta subdi: hanc suam sententiam defendit vir doctus in Critica Parisiensi A. MDCL. in folio edita, in Arcano punctationis reuelato, siue, de punctorum vocalium & accentuum apud Hebraeos vera & germana antiquitate, (edidit hoc Arcanum primum Tb. Erpenius Lugd. Bat. 1624. 4.) & in Arcani huius Vindiciis: Aduersarios habuit maxime, Jo. Buxtorfium F., Arnoldum Bootium, Matthiam Wasmuthum, plurimosque alios, quibus, ex Reformatis, Fr. Turretinum saltem & Jo. Heinr. Heideggerum addimus. (In formula Consensus Heluetica hoc Cappelli dogma etiam proscribitur.) Sunt vero inter antiquiores, etiam nostros, quos eadem mens fuit, quae Cappelli extitit. Inde vero (verba sunt eiusdem Dn. D. Pfaffii c. 1.) a Buxtorfu temporibus illa de Punctorum antiquitate & deinceps sententia apud nos hodie orthodoxa audit.

Ita autem in Dedicacione Exercitationum Glotticarum, & ad SEREN. DVCEM SAX., FRIDERICVM, Kolbansius: Quantum dissidium inter quosdam Illustrissimi Gymnasii, quod Coburgi est, Professores olim & nuper ortum sit, loquuntur huius opusculi praefationis pagellae, cum primis de controuersia multis iam annis agitata, quae puncta sacri Hebraeorum Codicis concernit, ubi, sententiam Lutheri amplexus, ea non diuinae autoritatis & authentica, sed humanum esse inuentum, disputare constitueram, & cum, re nondum satis cognita, vehementer mihi resisteretur, coactus sum de rebus illis controuersis integrum Tractatum conscribere.

Ita porro scripsit in Vindicatione supra nominata, & in eiusdem exordio A. 1675. Nuper in lucem prodit Disputatio, quam Cl. M. Job. Wolffingius, Gymnasii Coburgensis P. P. & Paedagogiarum, conscripsit ac publicitus habuit, cum inscriptione Exercitationis Anticappellianae, de figurarum Vocalium & Accentuum, in Veteris Testamenti Textu Hebraeo extantium, antiquitate, contra Cappellum, & quem nominat, quasi rediuium alterum Cappellum. *Aculcatum est Scriptum, quod propterea silentio praeterire non est*

inse-

A M D C C X X I I I

integrum, quamvis tales aculei tolerati mihi sint faciles: alia subest causa, propter quam Scriptum istud diuulgatum responsione dignor. Veritas cuius ab iniuria vindicanda est pro viribus.

Et ita tandem scripsit Kolbansius in praefatione iam semel aut iterum allatarum *Exercitationum Glotticarum*: Anni iam sunt octo & triginta, quum in Illustrissimi, quod Coburgi est, Gymnastii Casimiliano Auditorio, publicitus e cathedra, Professor ordinarius Orationem habui de figurarum Vocalium, in Veteris Testamenti textu Hebraeo extantiam, antiquitate. Dnm. Scholarum Consessui grauisimus Censor tum interfuit Andreas Kerlerus, Theol. Doctor longe celeberrimus: qui, quaecumque tum, re penitus considerata, raptus tandem (vt in illa Oratione verba mea fuerunt) ad amplexum eorum sententiae, qui pro eo, quod puncta Hebraeorum & accentus humanum sint dentaxat inuentum, strenue contendunt, in scenam produxeram, minime improbaui. Argumenta pro hac sententia pleraque (dicebam enim, ad eam rem quod attinet, alieno me vitulo in plerisque araturum) ex Erpenii de punctationis Hebraeorum antiquitate, cuius autor est Cappellus, diatriba petueram, meaque tanquam sporades inferueram, & rationibus, atque ad ea, quae obiici solebant responsionibus nostris, Dnm. Censorum sapienti, limato sinceroque iudicio submissis, informari me rogaueram. Orchestra nihil contra. Nonnemo saltem mirabatur, & dicebat, quomodo legere hebraica non punctata, & verum inde sensum eruere, literarumque sacrarum orationes punctis destitutas interpretari possemus: mea tribus verbis facta responsione, acquiescebat. &c. &c.

§. VII. Etenim ad Memoriam $\sigma. \tau. \delta. \pi.$ subsecuturam referuantur, quae in *vnam hanc & primam* non potuerunt comprimi. Iuuenis Studiosus, **ANDR. EVSEBIUS GMASEN** Coburg., qui in *ILL. CASIMIRIANO*, tanquam in vberis communis doctrinae horto, & sub eiusdem Professoribus, profectu adoleuit commendando, & ad Interpretes Juris Academicos abiturus, publice, pietate aperte omnino & valde laudanda itidem, suum hodie depromet *Vale*, sermone Latino prorsus eucharistico & sacro paschali in *Scrupulum Calendarii correcti paschalem*, vom bisher befannt gewordenen/nun aber auch gehobnen *Oster-u. Calendar-Scrupel*/commentabitur. **Quem VOS, CIVES STUDIOSI**, attente audietis, nam & *Festum Paschale* pie ostendet *concelebrandum*. P.P. Coburgi Fer. I. Pasch.

A, MDCCXXXIII.

I. N. J.

MEMORIARVM
COBURGENSIVM

ET

FASCICVLI
TERTII

SECUNDA

f.

MEMORIA CONTINVATA

IO. CHRISTOPHORI

KOLHANSI,

PROFESSORIS.

ILL. CASIMIRIANI COBVRGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES
RELIQVI

S. J. S.

S. VIII. In Biographia Kolbansiana, & Memoria proxima superiore, de Controuersia locuti, quae Professori, Io. Kolbanstio, fuit cum Collega & Paedagogiarcha, Wölsfingio, (Aduersarium enim nominauit Kolbanstus & indicauit posteris) aliam nunc addimus contentionem, quae eidem Kolbanstio fuit cum Collega alio, & in Paedagogiarchae munere Antecessore Wölsfingii: de Illo autem quia non innouit aliàs, nec omnibus, (nonneminem hominum inuidorum uerbis infra allegandis notat) siglis (J.S.) solum indicatur ΑΥΤΑΥΤΩΣΗΣ; suum quod Hic munus censetur exequutus: & Kolbanstius apologiam sex plagularum tamen obtulit Scholarchis & Directori, manu scriptam, & in Actis Gymnastii uisendam: titulum huius huc transferre libet, qui est: Ratio Methodi suae docendi linguam Graecam, Latinam, & Hebraeam, Viris Admodum Reuerendo, Excellentissimis & Praeclarissimis, Dn. D. Andreae Keslero, Superintend. Generali &c., Dn. D.

Fasc. III. An-

Andreae Petro Wolfrumio, Consiliario &c., Gymnasii Coburgensis Scholarchis primariis: Dn. M. Andreae Frommanno, eiusdem Directori &c., Disciplinarum in Illustri illo Inspectoribus vigilantissimis, reddita, cum eiusdem Apologia, contra suum Collegam, Dn. J. S., Prof. P. & Paedagogiarcham, a M. Jo. Christoph. Kolbansio, Prof. P., & die V. Idus Martias transmissa, A. 1640. Libetque huc transferre Exordium Apologiae, ut de argumento & occasione scribendi cognosci queat: *Vestra, Viri grauissimi, Excellentissimi Dnn. Scholarchae ac Professores, vestra, inquam, negotia grauissima scripto hoc meo non possum non inturbare. Veniam vos rogo & beneuolentiam. Inuehitur acerbissime Collegarum meorum vnus, Dn. S., in paedagogicam meam institutionem, partim & in publicam: clam autem id contendit, non aperte. Compertum enim satis habeo, me ab isto apud Literatos huius ciuitatis traduci, quasi a me discipuli non recte informetur in literis Graecis, Latinis & Hebraeis, proptereaque cursus studiorum eorum impediatur. Cuius rei quidem & apud vos Dnn. Scholarchas, & Caput Gymnasii, me is grauiter insinulauit, cum primis autem de Methodo mea docendi Graeca, re quasi ad nostros erudiendos pueros plane inutili. Negotium mihi exhiberi video. Coram vobis ergo reddenda mihi ratio est informationis meae, cum in lingua Latina, & in sacra, tum vel maxime in Graecanica. Deinde & meum nomen a calumniis vindicare, & respondere vituperatori, necesse habeo: ut ne bona nomina tandem euadant pessima, si nunquam interpellem. Quod igitur ut a me fiat, primum prodire iubebo methodum meam, & coram vobis Gymnasii Atlantibus sistam, ut cognoscatis, quo vitio laboret ista, & an cum veritate non repugnet, quod ab aduersario meo dictum fuit. Deinde comparisonem instituem nouae istius meae cum vulgari, quo videatis, quid me mouerit, ut vulgari valedicens*

aliam legerim. Postremo ad argumenta respondebo, quibus Dn. Collega usus insurrexit contra me, & cogitat amicam illam meam profusius infamem reddere, tandemque in caput ac pedes praecipitare. Triga Linguarum est, ut dixi, in cuius docendae methodum meam Antagonista insultat, Lingua Graeca, Latina & Hebraea. Maior in Graecam factus impetus me cogit, de eadem prin. im verba facere, & prolixiori sermone uti; de Latina ero breuior: de Hebraea breuissimus.

§. IX. Quid? quod de Aduersario Kolbansii tertio recitemus, Dn. L. Christiano Viuegio, indicato a Dn. Thomae in Histor. Beschreibung der Prediger und Stadt-Schul-Collegen des Coburg. Fürstenthums / p. 509., elocutoque in Hodegeta suo didactico linguae sanctae maiori, ed. Cizae A. 1688, & ad quaedam, quae proposuerat, verba Kolbansii: Sunt verba ipsius Kolbansii, quem de iure vocare possum Schwarzbansum, quia, ut Spiritus ater, in Scripturam innolat, eique aliquid detrabere conatur, in exercitationibus suis glotticis, quas adornauit contra magnum Wasnuthium p. 80. & p. 309. Recte enim opposuit Dn. Thomae vetus illud, Νεκρὸν σῶμα λέων ἐφύσειζου λαγῶδι, h. e., Alciato Interprete, cassi luce Leonis conuellunt barbam vel timidi lepores. Scripsit contra Dn. Kriegkii in Commentario de Vita Iusti a Dransfeld, Paedagogiarchoe Goettingensis, p. 30: Operam & fidem in cultione Dransfeldii etiam nauauit Iohannes Christophorus Kolbansius, Magister artium, linguarum, & Mathematicum Professor: sicuti hic erat Graecae linguae facultate admirabili excultissimus; ita solertissime imbuebat politiore humanitate Graecorum omni: & adiutricibus insciebat mathematicis; sine quibus nemo penetrat reconditas litteras, veritatesque cognoscendas.

das. Iuxta praeceptiones exquisitas grammaticae, quae est omnis eruditionis in quocumque sermone fundamentum, & criticae, fideliter docebat, qua sint ratione legendi scriptores; & paranda copia sermonis Graeci, condiendi cum Latino. Scripsitque Idem Dn. Kriegkius in subnexis notis, p. 394: Fuit Hic (Kolbanus) quartus in numero Professorum Mathematicos, Hebraeae, & Graecae linguae, e Gymnasio Coburgensi accitus. Quam luculenter Graecae sciuerit; & quantum operae Graecis rebus dederit, testificantur hinc Grammaticae Graecae ab eo vulgatae; quarum altera meritis praeceptionibus Graecis est exornata. Perlegans quoque est Graecae descriptio Ipsius Poetica obsidionis Coburgi ciuitatis, ac totius terrae Coburgiatae spoliationis, exactionisque hostilis, a die ante Festum Michaelis ad III. Non. Octobris; anno MDCXXXII, ab ingenti exercitu factae; tandemque, seruato simul Castello, caelitus profectae liberationis. Coburgi MDCXXXII. Hunc sequutus Noster est qua publice, qua priuatim, non tantum in elementis Mathematicos, sed Hebraea, Graeca, & Latina lingua. Hinc enim vocat bonum, eruditum, & fidelem Magistrum suum.

§. X. Goettingaeque dum recurrit recordatio, operae omnino pretium fuerit, narratorem denuo audiuisse Kolbanum, exponentem de factis ante abitum, de Nonnemine supra indicato, Aduersario, quem Coburgi ante, quam Goettingam, abiret, habuit, & de acerbitatibus tandem, quas, Coburgum reuersus, pertulit; est haec Narratio in praefatione toties allegatarum Exercitationum Glotticarum, & verborum sequentium: Insuper erant Coburgi inuidia uictusque penuria. Ista tamen tantum efficere non valuisse, ut a proposito (in compendium redi-

gendi diatriben Cappellianam) me abduceret. Infestantium Furiarum vel hostium alterius vis vehementior fuit. Sic enim DEO visum erat, qui tempus commodius providebat. Receperat me patria, Coburgum fauebat mihi, meque fouebat nouennium. Ad Professionem enim Mathematicum ibi in Gymnasio vocatus sum anno 1633. Et subsequenti Hebraicae quoque linguae commissa est mihi post semissem: quas partes publicas pro viribus egi usque in 1642. annum. Hoc tempore, quum in uniuersa Germania Martis furentis tragoedia luderetur, Et hinc inde literatorum nauiculae tempestatibus Bellonae Et Martialibus procellis miserandum valde agitantur atque concuterentur, hunc Furiarum infernalium impetuosum furorem Et furiosum impetum mea quoque Patria nimium sensit. Gymnasium quoque Coburgense immane quantum sensit furorem istum famisque Et egestatis rabiem, ita, ut suspiria trahere cotidiana cogeretur, nec non cogeretur querelas ducere indefinentes, cum propter istam Martis sacuitiam, tum ob iniuriam sibi illatam ab iis, qui nihil magis optabant, quam, ut literarius ordo in Morboniam Vespasiani abiret. Hac egestate Et victus pensuria summa tangente me Et premente, coactus ego sum aliorum me conferre. Goettinga me recepit, a cuius vrbis amplissimo Senatu ad Professionem Linguae Graecae in Paedagogico vocatus fui. Illa benevolentissime quoque mihi sauit, fouitque me largiter decennium. Deus benignissime remuneretur hoc bonum factum! Quum autem ex alto pax abna facta esset in uniuersa Germania redux, Et eius dulcissimum pulcherrimumque nomen proclamatum, ebaritas patrii soli me quoque reducem fecit in patriam Anno 1652. ubi, paulo post reditum, fato mihi praeter expectationem sanctio scholastica deferebatur, Scholae Senatoriae Coburgi Receptoratus: quam Spartam nactus, pariter extraordinariam in Gymnasio professionem accepi. Vi autem ordinaria

dinaria mea Professio quondam non neminis hominum inuidorum altercationi & iniuriis obnoxia fuit, propter lectiones meas Paedagogicas & priuatas in linguis institutiones, siue glottica Collegia: sic, & multo magis, ab eodem & complicibus primùm, posteaque ab iisdem & aliis quibusdam, propter priuatos in docendis linguis labores extraordinaria, nec non propter informandi methodum scholastica mea functio, iam vigesimum secundum annum uehementer etiam atque etiam vexatur, & iurgiorum siue discordiarum suctibus iactatur. Conferantur in acerbitatem illam, Coburgensem Parodiae Kolhansii Scheinianae, s. Coburgische Abschieds Lieder / nam in his ipsis Rhythmus legitur queribundus: O Mufa, meine Lieb / beständig wår ich blieben / wenn nicht dein Feind / der Nahrungs-Dieb / mich hått von dir getrieben.

§. XI. At inter Hymnopoeos locum etiam meretur Kolhansius, collaudatus idcirco iam in programmate, quod nunc abhinc annis foras dedimus, pentecostali, de Hymnis & Hymnopoeis Coburgiatis, über die Coburgische Lieder, Historie. Innotuit Kolhansius hymno vernaculo passim recepto, Ach wenn werd ich dahin kommen. &c. &c. Innotuit Hymnis Latinis, Graecis, & Hebraicis, quos Is elucubratus est, inferendus ideo adhuc in Syllogen Hymnographorum Latinorum, a Dn. Oleario contextam, & uisendam in Urtschuld. Nachr. A. 1712. p. 860., nam habentur, sub finem Descriptionis Poeticae supra recensitae, Psalmi Davidis CXXIV, & CXXVI., hebraice & graece in cantilenas redacti, leguntur Cantiones quaedam germanicae, in numeros translatae hebraeos, in Poetica Opitiano-Hebraica, supra recensita itidem, legiturque Ipsius Hymni modo allati, Ach wenn werd ich dahin
fom

kommen / &c. in eadem Poetica pp. 263, 264. Compositio
 hebraica, graeca & latina. Addi imo debent *Lucubrationi-*
bus Koblbanfi supra pp. 5. & 6. enumeratis sequentes, ab ipso
 etiam Autore editae, & typis exscriptae publicis: 1.) *Christi-*
Actus, Cob. A. 1658. 4. 2.) *Tractatus Opticus*, Lips. A.
 1663. 8. 3.) *Grammatica Gallica*, Cob. A. 1667. 8. 4.) *Vo-*
cabularium Tetraglotton, in usum Scholae Coburg. A. 1672. 8.
 & 5.) *Oratorischer Actus von der Geburt unsers Hey-*
landes J. C. Cob. A. 1677. 4.

§. XII. Coronidemque sic imponimus *Biographiae Kolban-*
fianae duarum plagularum, & ipsi huic programmati. Quod
 autem adhuc indicandum est, verba hodie faciet *Juuevis Stu-*
diosus, IO. CHRISTOPHORVS **WOLFF** /

Coburgensis,

Civis, qui probitatem & studia urget, bono sane hominis profi-
cientis & profecturi indicio,

pronunciabitque *Orationem sacram & pentecostalem*

de

COLVMBIA in **NVMMIS,**

von

Heidnischen und Christlichen Tauben-Münzen.

Cui, quia *sacro* imprimis *usus & pentecostali* suum attemperatu-
 rus est sermonem, Vos, **CIVES STUDIOSI,** vestris operam
 dabitibus auribus. P.P. Fest. Pentec. A. MDCCXXIII.

COBURGI,

Literis Viduae Mauriti Hagenii, Ducalis Typographi Aulici
 privileg.

I. N. J.
MEMORiarVM
COBURGENSIVM
ET
FASCICVLI
TERTII
TERTIA
f.
MEMORIA
IOHANNIS HEINRICI
HAGELGANSI,
PROFESSORIS.

ILL. CASIMIRIANI COBURGIACI
DIRECTOR & PROFESSORES RELIQVI

s. 7. s.

§. XIII.

De Kolbansio, Professore, in binis Fasciculi huius tertii Memorii locuti, ad Professore Hagelgansum, cum Kolbansio, quod supra § II. indicauimus, introductum, progredimur; simul ac nempe, quadam quasi in appendicula, & ex funebri in Actis Gymnasii obuiio programmate, de Vxore Kolbansii haec adhuc commemorauerimus. Fuit Illa Susanna Gollingia, nata Neoburgi ad Danubium, d. 18. Maii A. MDCI., Patre Io. Gollingio, Comitis Palatini, WOLFG. GVILIELMI, censuum ibi locorum Magistro, Matre Anna Baldausia, Coburgi, quorsum Parentes, propter fidem ad peregrinitatem redacti, se contulerant, nupsit Kolbansio d. 21. Jan. A. MDCXXXIV., obiitque improlis d. 24. Apr. A. MDCLXXVI.

§. XIV. Simili autem ratione, & ex programmate funebri, quod, a Directore Frommano scriptum, Tabulae Gymnasii publicae d. 6. Sept. A. MDCLIII. affixum, sed typis, quod sciamus, exscriptum non fuit, Memoria JO. HEINRICI HAGELGANSII, Professoris, huc transfertur, vt de conditione sanguinis & familiae, educatione & doctrina, muneribus meritisque, matrimonio, euentuque fatali, (Sponsae priori exequiae die nuptis destinato actae sunt) & beato tandem exitu recte exponatur, & ipsis his Directoris, caeterorumque Professorum, verbis, praefamen breue excipientibus:

Quis etiamnum hodie pro insallibili imminentium malorum praesagio non agnoscat, quando Deus ob mundi ingratiitudinem eiusmodi fulcra Ecclesiae & Scholar. Reipubl. & patriae e medio tollit, eoque suam indignationem omnibus testatam facit? Talium virorum funera, Studiosi Adolescentes charissimi, hoc currente & proxime praecedentibus annis nimis fuerunt frequentia in omnibus statibus, non sine Reipublicae literariae decremento & detrimento, cui etiam suas attulerunt mutationes, quae, vt plerumque sunt periculosae, ita quoque ominosae, nihilque boni portendere solent. Quibus hac vice annumerare quoque placuit sumus Viri Clarissimi & Excellentissimi, Dn. JOHANNIS HEINRICI HAGELGANS, Fasc. III.

in Illustri nostro Athenaco haecenus Oratoriae Professoris meritisissimi, & Conuictorii Inspectoris vigilantissimi, Amici, Collegae, Adfinis, & respective Comparis nostri dilectissimi, cuius deductioni & humationi hodie natus dies est deputatus. Natus est autem, & materni vteri cancellis egressus est Rodachii, in Franconiae oppidulo, distante Coburgo duobus milliaribus, 23. Novembris Anno post incarnatum $\lambda\delta\gamma\omega\upsilon$ millesimo, sexcentesimo sexto, Patre, Viro Praestantissimo, & Pietatis laude valde conspicuo, Dn. ELIA HAGELGANS, Not. Publ. & Senatui ibid. ab Epistolis, $\tau\delta\ \upsilon\upsilon\ \epsilon\upsilon\ \alpha\gamma\iota\omicron\upsilon\varsigma$, Matre vero SVSANNA, e familia Marlitzzerorum quondam notissima & famigeratissima. Et quia, ut omnes Adami posteris, caro de carne fuit natus, ut in Ecclesiae gremium reciperetur, & ex Spiritu renasceretur, sequenti statim die a parentibus suis Christo in lauacro regenerationis fuit oblatus, per Reuerendum & Praestantissimum Virum, Dn. HEINRICVM SCHVNCIVM, eius loci tunc temporis Pastorem & Adiunctum. Ac, ut prima statim in infantia eum sibi commendatum habuerunt parentes charissimi, ita quoque, ut primum articulatam edere vocem & recto incedere cepit pede, fidelium Praeceptorum informationi fuit traditus in ludo patrio, in quo & pietatis initia & prima literarum elementa auide arripuit, sic, ut singularem eo Quia. & animum bene a natura informatum, nec non ingenium docile, prae se ferre videretur. Itaque anno aetatis suae duodecimo Coburgum missus, & in triuiali schola in numerum discipulorum secundae classis fuit cooperatus, annoque vno elapso primam per legitimam promotionem associatus, ubi itidem vnus tantum anni spatia informationis terminum tam feliciter & celeriter est assecutus, ut, eodem ad finem perducto, omnium Dn. Examinatorum suffragio in Illustri Gymnasio Paedagogium transferretur. Quo in obexantatum laborem & diligentiam adhibitam suos ita adauxit progressus, ut opinione citius habilis & capax euaderet lectionum publicarum, quibus auscultandi copia ipsi facta est, biennio absoluto, in examine autumnali A. MDCXXII. per promotionem e Paedagogio in ordinem superiorem: in quo suo quoque deesse noluit officio, sed, ut ad altiora in studiorum suorum curriculo aspiraret, per quadriennium cum semestri in linguis & aribus progressus Academia dignissimos fecit, sic, ut eo annorum spatio praeterito, & praemissa oratione valedictoria, cum publica gratiarum actione pro acceptis beneficiis, Academiam Jenensium cum fructu & emolumento studiorum suorum adire non dubitaret. Qua in Academia studiorum suorum curriculo colophonem imposuit, & ad lares patris se recepit. Quia vero virtus in obscuro non latitare sinit suos cultores, sed in lucem & conspectum protrahit: ita pie defuncto ob diligentiam & sedulitatem in literis ab ineunte aetate adhibitam, ob eruditionem in

Gymnasio & Academia acquisitam, cum Anno MD CXXXIII. duae Profes-
siones in Illustrissimo nostro Atheneo simul vacarent, omni absque excep-
tione & de eius in docendo & informando sufficientia dubitatione, lectio
Oratoria in Gymnasio ut Professore, informatio in Paedagogio ut Praecep-
tori, & vigilantia in Conuictorio ut Inspectori, Illustrissimi Principis au-
toritate & mandato, tunc temporis a Spectatissimo Dn. Scholarchis per legiti-
mam vocationem fuit demandata. Quo autem successu, qua fidelitate,
qua diligentia & dexterritate, hanc sibi demandatam Spartam totis viginti
annis ornauerit, non opus est, ut hac vice in operosam descendamus commemo-
rationem; loquantur pro eo omnes illi, qui praedicto temporis spatio in
castris nostrarum Musarum militarunt, & iam splendidis in Ecclesia & Sebo-
lis, in Republ. & Patria, funguntur officiis, eiusque de insperato obitu cer-
tiores facti post fata beata gratias agent ad huc immortales. Caeterum in
hoc suo laborioso officio noluit suspitione castitatis aetatem transigere suam
in celibatu, sed, elapso biennio, pro vitae suae socia sibi elegit Foeminam
lectissimam & honestissimam. ANNAM MARIAM, Praestantissimi & Li-
teratissimi Viri, Dn. IOHANNIS FISCHERI, LL. Studiosi, relictam vi-
duam, cum eaque etiam sponsalia publice celebrauit ipso Visitationis Mariae
festo; sed, praeter omnium expectationem, dies nuptiarum factus est dies
exequiarum, dum cadaver illius eodem die terrae fuit concreditum, quo,
post proclamationem, tertia vice factam, nuptialis festiuitas, iuxta ritum
Ecclesiae nostrae vstitutum, publice celebranda fuit. Anno igitur elapso ad
secunda transit vota, & Deo dirigente, matrimonio sibi iunxit tunc tem-
poris Virginem Honestissimam & Pudicissimam, ANNAM, Reuerendi &
Praestantissimi Viri, Dn. CONRADI CAROLI, Pastoris in Gumpertshausen
meritissimi p. m. filiam, cum qua nuptias hic Coburgi celebrauit publice
VII. Februarii Anno MD CXXXVII., & in annum decimum septimum
amicè, suaviter & concorditer vixit, factusque est parens quinque libe-
rorum, e quibus duo in aetate infantili coelestem in patriam migrarunt,
tres vero adhuc sunt superstites, filia una, & duo flioli, quibus Deus gra-
tiam suam clementer velit largiri, ut, adultiores facti, pie defuncti Dn. Pa-
rentis vestigia sequantur, & patriisare mature incipiant. Morbum deni-
que quod attinet, biennio abhinc, mense Septembri, circa finem anni clima-
terici, inter medias officii in Paedagogio occupationes, praesensit aliquem
ἀποπληξίας prodromum, in sinistro latere, praesertim vero illius lingua
& brachio, quibus in membris ab eo tempore suos expertus est dolores, eo-
rumque, donec, proxime praeterito die Saturni, breui post prandium, notabilem
alterationem in suo corpore, inprimis autem in occipite, animaduertit, &
cum vitae suae terminum insitare obseruaret, memor baptismi sui, memor cae-
lestis

testis viatici, salutaris nempe sacrae cenae usurpationis, quam quatuordecim ante dies in publica congregatione cum aliis fidelibus Christianis acceperat. Deo se pijs precibus commendauit, remissionem peccatorum suorum ab eo petiit, beatam animam efflauit, & Seruatori optimo, tanquam saqueser, depositum, quod ante annos septem & quadraginta minus bimestri & tribus septimanis, creditum & commendatum acceperat, reddidit. Funus hodie hora XII. ex eius aedibus efferetur, & praemissa concione in templo ad S. Mauritium funebri, in cimiterium ad tumulandum deportabitur. Omnibus ergo & singulis utroque in cœtu iniungimus, & mandamus, vt processum sua cohonestent praesentia, & debitam curam & decorem erga relictam illius Viduam afflictissimam & liberos charissimos declarent. PP. Coburgi, 6. Septembris Anno salutiferi partus MD CLIII.

§. XV. Addimusque Nos, Illorum in muneribus publicis & ordinariis Successores, Scripta statim Professoris Hagelgansii, quod nimirum in his annotandis ordinandisque praecipuus hodie est labor, & ad Memorias Virorum Eruditorum recte censetur pertinere; tum vero etiam, quae in Lipenii Bibliotheca realiphilosopha, Wittenii Diario Biographico, & im Gelehrten-Lexico, sit dinumeratio, manca est & imperfecta: non sane indicata sunt Meletemata omnia, annique editionis, & forma, quam vocamus, minus diiudicantur indidem. Et sunt Io, Henrici Hagelgansii, Professoris Publici Coburgensis,

- 1) Des theuren Fürsten und Beschu-mers deutscher Freyheit, Arminii, Glorwürdige Thaten, aus den Römischen Historien, durch Handlung Jo. Heinrich Hagelgans (von zweyen jungen von Adel, und aus dem Lateinischen) verdeutschet, und samt einer nothwendigen Land-Tafel, und andern zur Materie dienlichen Stücken, zum Druck befördert durch Wolffg. Endtern, Buchhändl. in Nürnberg, Nürnberg. A. 1633. 12.
- * Recusus est Libellus Norimbergae A. 1640. & 1643. 12.; quem ipsum allegans Lipenius in Biblioth. p. 113. Hutteni simul allegat Dialogum mox notandum, Ruperti Orationem de Arminio, Schurz Reichen duff de Arminio, nec non Spalatini & Kenleri historiam Arminii, Omisit, quod miramur, libellum Hagelgansii Dn. Struuius in Bibliotheca historica, de Arminii Herois agens historiam, deque egregio opere Dan. Casp. de Lohenstein, großmüthiger Feld Hr. Arminius in scripto, sed Anno demum 1689. excuso; & ipse hic Lohensteinius ductu Hagelgansii identidem scripsisse quibusdam videtur, qui de libris iudicant.
- 2) De prisca Germanorum aetate Dissertatio, in qua de gentis nostrae origine, studiis, & ornamentis praecipuis, Religione scilicet & Libertate, agitur: habita est in Eucarnii Gymnasii Coburgensi vndetragesimo s. Non. Jul. A.

1634. Cui accessit Vlrici Hutteni, Equitis Franconis, ARMINIVS, siue de praestantia militari Dialogus. Coburgi A. 1635. 12.

* Praemittitur Dissertationi Programma inuitatorium, quod valuis Collegii assignavit Professor, scripsitque in secessu suo Il. Cal. Quinct. A. 1634.

** Eandemque Aui sui de prisca Germanorum aetate Dissertationem, vna cum Vlrici Hutteni Arminio, Lipsiae A. 1718. typis denuo exseribi curavit, & ad posthumam Dilherri de historia priscae Germaniae Commentationem adiungi Dn. Jo. Tobias Hagelgans, Secretarius nunc Darmstadinus, Autor Commentationis historico-literariae de Cognominibus Eruditorum, editae A. 1720. Conf. Acta Eruditorum Lipsiensia Latina Anni 1619. p. 90. & Gelehrte Zeitunggen Anni 1718. p. 437. , nec non Anni 1720. p. 576.

*** Nec silentio Labores Hagelgansiorum praeterire poterat, qui de Vlrici de Hutten fati ac meritis concinne & peritissime exposuit, Dn. Burkhardus, Professor Hildburghufanus; commemoravit de Editione priore Hagelgansiana, P. II. p. 38., de posteriore, P. III. p. 319.

3) Jo. Henr. Hagelgans, Profess. Gymnasti, Amor amarus, s. Nuptiae in Exequias conuersae, Cob. A. 1635. 12.

* Sunt hoc in Amore, primum Programma exequiale, memoriae Sponsae supra nominatae a Directore & Professoribus publicatum, Threni deinde & Lamenta metrica, Lacrymae porro, postridie exequiarum effusae, s. Oratiuncula ad Auditores Gymnasti superfunere, & Epitaphium tandem, quod in hac etiam memoria merito inferitur:

EPITAPHIVM.
ANNA MARIA FISCHERIA
GENERE REBHANIA
Perpetuus Sponsi dolor
HIC SITA EST.

Vixit Annos XXIV. Obiit A. C. MDCXXXV. X. Kalend. Septembr.

Humatur ipso Nuptiarum die.

Job. 19. v. 25. Scio quod Redemptor meus vivit.

Quatriduo postquam abisti, monumentum hoc tibi statuo, tecum quotidianus ut loquerer, nec, si mihi non responderes, non respondebit desiderium tui, per quod ipsa tecum semper es, aut obmutescet memoria, per quam ipse tecum nunc loquitur. Salve igitur aeternumque vale, mea ANNA MARIA: ubi enim ossa mea tuis miscuero, vterque simul ambo valebimus. Vivens tecum vivere haud potui; viكتور post mortuus aeternitatem aeternam.

SALVE ET VALE.

IOHANNES HENRICVS Hagelgans
Gymn. Saxo-Coburg. Prof. P. & Alum. Inspector.
SPONSAE DVLCISSIMAE
FECIT.

4) Genealogischer Versuch, in sich haltend der Röm. Käyserl., wie auch derer in Frankreich, Hispanien und Schweden, Königl. Mayj. vöilige Stamms

- Stamm-Regifter, samt beigefügtem Geschlechte derer Herzoge von Longueville &c. Nürnberg A. 1640. 12.
- * Annexa est Tabula Genealogica, coniugio & stirpe quemadmodum coniuncti fuerint Imperatores, Reges Galliae, Hispaniae & Sueciae, ostendens, Tabell, woraus die Verwandtschaft der Röm. Käyser mit den Königen in Frankreich/ Spanien und Schweden/ selbiger Zeit/ gezeigt werden.
- 5) Chorographischer Versuch, d. i. kurgefasste Beschreibung etlicher zu Teutschland gehörigen Particular-Landschafften, so man insgemein die Niederländischen Provinzen zu nennen pflegt, auf gegenwärtigen Zustand gerichtet &c. Cob. A. 1643. 12.
- * Est proculdubio kurge Beschreibung der Niederländischen Provinzen / Historia inter Scripta de Belgio commemorata a Lipenio Bibl. Philof. p. 169.
- 6) *Fama postuma Kesleri. s. Oratio parentalis de vita & obitu Andreae Kesleri, Doctoris Theologi, Eccles. Coburgiacae Past. ac per vniuersum Principatum Sup. Gen., Conssl. ib. Ass., Gymnasti Casimir. Scholarchae ac Profess. amniuersario Collegii festo habita Coburgi. Adiectus est Operum Kesleri Indiculus.* Cob. A. 1643. 4.
- * Citat Famam hanc Spizelius in Templo honoris referato, & de Kesleri vita scriptisque prolocutus, p. 163.
- 7) *Lilietum Francicum*, d. i. Königl. Französischer Stamm-Baum, Nürnberg. A. 1643. 4.
- * de quo Lilieto Lipen. c. l. p. 562. & Witten. Diar. Biogr. ad A. 1653.
- 8) Chorographischen Versuchs erste Fortstellung, d. i. kurgefasste Beschreibung derer zu Teutschland gehörigen Käyserl. Erb-Länder, samt einem kleinen Anhang vom Königreich Hungarn, und Fürstenthum Siebenbürgen. Cob. A. 1644. 12.
- * Commeminit Dn. Struuius in Biblioth. hist. c. 18. de Script. rer. Austr. §. IX.
- 9) *Lancis saturae Disputationes I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII.* Coburgi a. 1644. & a. 1645., editaeque in 8.
- * Disputatio prima, resp. Nicolao Schellero, prodit A. 1644., inscripta, Lancis saturae, hoc est, multigenarum materiarum, cum primis ad genuinum sacrae historiae intellectum facientium, disputatio prima. §. I. extat: Salvete, quotquot parati date dextram humanioribus literis. Saturam hic vobis lancem, h. e. *πολυμαθειας* gustum, offero. Cum enim Saturam varium rerum mixtura sit, quilibet animaduertit, lancem saturam hic esse plurium & variarum observationum farraginem.
- 10.) Sächsischer Helden- und Hildinnen-Baum, d. i. wahre Abbildung des Ehre- und Fürstl. Hauses Sachsen, Dessenelben unterschiedner Linien und Fürstl. beyderley Geschlechts Personen, so bis zu Ende des Monaths Augusti des Jahrs 1646. am Leben. Cob. A. 1646. 8.
- * Retulerunt idcirco Hagelgansium ad Scriptores Historiae Saxonicae Dn. Struuius

- ius in Biblioth. Hiftor. c. XXII. & Hertzius in Bibliotheca Germanica, f. Notitia Scriptorum Rerum Germanicarum, num. 1564.
- 11) *Triga Quaestionum Illustrium ad historiam Pontificum Romanorum pertinentium, Coburgi in Gymnasio defensa d. 9. Oct. A. 1647.*, 4.
- 12) *Tacitus ad mentem Philippi Claueri editus & in capita distinctus per Io. Henr. Hagelgans, Cob. A. 1647.*, 8.
- 13) *Résu loquens, h. e. de primariis Rosae mysteriis, ad studiosam Iuuentutem Oratio parenetica, habita in Encaeniis Athenaei Coburgensi A. 1649.* & excusa Coburgi A. 1652. 12.
- 14) *Christl. Helden Jugend-Lauff, Nürnberg A. 1657.* 8.
- * *Quo de Curfu Christianorum Herouum commemorat Lipenius c. l. p. 644.*, Libros enarrans de Heroibus.
- * *Hoc imò Hagelgansio Autore prodierunt, Beschreibung des Königreichs Portugall / in 12. / & Geographia in 12., meminitque Tractatus de Portugallia f. Lufstania Witte c. l.*

§. XVI. Sistiturque calamus, de *prosapia Hagelgansiana*, perueteri, & *genitrice Virorum, ingenio, eruditione & meritis praestantium*, expositurum adhuc, *Orationis*, quae insequitur, *uirtutis*. *Orationem nempe sacram, natalitiã, & ex Theologia Imaginum, de Natiuitate Christi in Imaginibus*, hodie pronuntiabit *Iuuenis Studiosus honestus, Linguis, Latinae, Graecae, & Hebraicae, laudabiliter operatus, & ut quam proxime absit a maturitate, in doctrinis caeteris inchoata perculurus*, IO. CONRADVS GÖZZIJS SCHLICK, Coburgensis, suoque *Is sacris & natalitiis monitis recte perfungetur munere*. Est *Philosophia (Imaginum) absque cultura animi nihil aliud, quàm Imago quaedam, aut statua, pulchra aspectu, sed motu ac vita destituta: & habet cultura animi normam in Theologia Imaginum praestabilem*. *Conf. Verulam. L. VII. de Augm. Scient. p. 197.*, & *Disp. nostra Lipsiae A. 1695, defensa de Philosophia Imaginum*. Vos, CIVES STUDIOSI, audite attentissime! P. P. Coburgi, Fer. I. Natiuitat. Christi, A. MDCCXXIII,

COBURGI,

Literis Viduae Mauritiij Hagenhij, Ducalis Typographi Aulici.

gehört zu 3

I. N. J.

MEMORIARVM
COBURGENSIVM

ET

FASCICVLI
TERTII
QVARTA

f.

MEMORIAE

CONTINVATA

IOHANNIS HEINRICI
HAGELGANSII

ET

CHRISTOPHORI
GVNTZELII

PROFESSORVM.

*



MEMORIAM
COBURGENSIVM

FASCICVLVS
TERTIVS
QVARTVS

MEMORIAE
CONTINVAE
IOHANNIS HEINRICI
HAGELGANSCH
ET
CHRISTOPHORI
CANTZELII
PROFESSORVM

ILL. CASIMIRIANI
COBURGIACI
DIRECTOR
ET
PROFESSORES
RELIQVI

S. J. S.

§. XVII. De Hagelgansio Professore in Memoria proxima superiore tertia actum est, & Eius inprimis Scriptis; ad quae vero nunc, & praeter Disputationes binas, in Gymnasio ab Ipso Respondente defensas, alteram de Enunciatione, Praeside Prof. Spindlero, alteram de Conciliis, Praeside Directore D. Meyfarto, adiungimus: Bigam discursuum, quorum Philologiae naturam alter explicat, alter in Rerump. formas, earundemque missionem, inquirat, ed. a. 1637. 4., nec non Missum variarum Epularum ad Philosophicam cum Eruditis collationem, s. disputationem, ipsis Calend. Febr. A. 1639. Coburgi habitam: calamumque, expositurum de prosapia Hagelgansiana peructere, & genitrice Vivorum, ingenio, eruditione & meritis praestantium, Orationis Natalitiae quia sistingebat *μηνυτογον*, Typus autem ad nos quidam peruenit, eodem pertinens, familiam Hagelgansiorum, muniis etiam Fasc. III.

D 2

Eccle-

Ecclesiasticis celebratissimam, exhibens, & Professoris Ha-
gelgansii simul explanans memoriam, idem ille adiungitur si-
mul, & in Memoria hac quarta. Etenim

M. Jo. Hagelgansii, Pastor primū in Schwarzenborn, in Hassia,
rum in Ober-Eiben, & tandem in Danckmarshausen, in Thuringia
(vno eodemque tempore, vna. Hic cum quinque filiis, & tribus Gen-
ris in munere vixit Ecclesiastico, Filii erant, Emanuel, Pastor Breitenba-
censis, in Hassia, Johannes, Pastor superioris Sulae, Angelus, Pastor Rei-
chensachsii, Wilhelmus, Diaconus Bercauensis ad Vierram, & post Pastor
Istensis, & Conradus, Substitutus in Danckmarshausen; Generi fue-
runt, Jo. Reichardus, Angelae Maritus, Pastor Sussae, M. Frid. Schön-
hart s. Schönhaat, Barbarae Maritus, Pastor Cruciburgensis, ac postmo-
dum Sup. ac Pastor Isnacensis, & David Frige, Catharinae Maritus, Pa-
stor Ottmansbusanus & Langensii) Pater per Elisabetham Kreuslin, extitit
Conradi Hagelgansii, nati A. 1548., Substituti Patris in Danckmarshau-
sen, ab A. 1576., & post illius mortem, ab A. 1610., Pastoris ordinarii vsque
ad A. 1626., quo ipso & ipse obiit, in matrimonium cum habuisset Marga-
retham, Michaelis Elzels, Stannifusoris Ienaci filiam, & cum Patre Jo-
hanne ab A. 1543. vsque ad A. 1626., atque sic in tertium & octogesimum
annum, Ecclesiae Danckmarsbusanae Matri, eiusque filiabus, praefuisset:
Conradus hic Hagelgans Pater extitit Eliae Hagelgansii, Dicastrii Saxo-
Ducalis Aulici Coburgi primū Procuratoris, dein vero Poligraphi & No-
tarii Publici in Rodach, qui frater habebat, Conradum, Pastorem Tiefen-
ortensem, Nicolaum, Parentis Conradi, Pastoris Danckmarsbusani, Sub-
stitutum, & Johannem, Danckmarsbusii Ludimoderatorem. Elias genuit
Jo. Henricum Hagelgansium, Prof. Eloqu. & Hist. Cob. iam descriptum, &
Jo. Casparum, Patrem Jo. Stephani Hagelgansii, Senatoris Cob. Jo. Hein-
ricus, Professor, genuit Michaelen Henricum, Secretarium Ill. Cancellariae
ac Dicastrii Saxo-Cob., natum s. Nov. A. 1646. & denatum d. 25.
Oct. A. 1700. & Jo. Conradum, Consulem Reip. Cob. & Scholarcham Gy-
mnasii, natum d. 18. Sept. A. 1650. & denatum d. 8. Mart. 1708., qui ipse
in coniugio habuit Annam Mariam, M. Jo. Seelmanni, Archidiaconi Cob.
filiam, qui Seelmannus in funere Professoris Hagelgansii d. 6. Sept. A. 1653.
in Aede Mauritianae Concionem ex Pf. XLV. 3. habuit, Symbolo nimirum
Professo-

Professoris Hagelgansii: Delitiae meae in labiis gratioso ORATORIS In-
carnati. Michaelis Heinrici filius est Jo. Heinr. Hagelgans, Aduocatus
ordin. & Consul hodie Reg. Reip. patriae Cob.; at Jo. Conrado Patre prognati
sunt, Jo. Tobias, supra dictus, Secretarius Darmstadinus, & Jo. Simon,
Aduocatus Cob. ordinarius. Et a Michaelae Heinricho Lipsiae prodierunt,
Disp. de Casibus nuptiarum Illustrium, Oratio de Germano Bellatore, &
Disp. prior de Titulo, Nos Dei gratia, vti posterior, huius argumenti, a
Jo. Conrado: & Biga haec dissertationum recusa est nuper Lipsiae, sub
Titulo peculiari.

§. XVIII. Et excipit in *Matricula, & Serie eiusdem Profes-*
soria, Hagelgansum Professore CHRISTOPHORVS GVNTZE-
LIVS, Iuris utriusque Doctor, Scabinatus Saxo-Coburgensis Af-
fessor olim Ordinarius, Dicasterii prouincialis & Aduocatus iura-
tus, & Illustris Gymnasii Professor dexterrimus, post vero Rei-
publicae Coburgensis Syndicus, nec non prouincialium Statuum Ad-
uocatus; de cuius vita & obitu, Scriptis Meritisque, ex program-
mate inprimis exequiali, connexoque typis cum Concione fune-
brī, habita a Iohanne Krugio, Diacono, ex Iob. XI. 21--26., sic
in epitaphiū commemoramus, & summamim.

§. XIX. Natus fuit GVNTZELIVS *Coburgi, pridie me-*
moriae Annunciationis B. Virginis Mariae festi, A. MDCV.,
Parentibus, & familiae splendore conspicuis, & pietatis ac inte-
gritatis laude claris, Iohanne Guntzelio, Consiliario Saxo Co-
burgico olim iutimo, & prouincialis Aerarii Praefecto, Matre
Vrsula, e celebri & peruetusta Herbartorum huius loci prosa-
pia. Domi, & in Schola patria, nec non in Gymnasio Schleus-
gensī (ab A. MDCXIX. vsque ad A. MDCXXII.) formatus
eruditusque, & Academiā adiit, Altorfina A. MDCXXII., &
anno insequente MDCXXIII. Ienensem, & in hac per inte-
grum

grum triennium, & semestre, debitam studio Iuris, Iena autem in patriam regressus, aliquandiu & consulendo, & aduocando, aliis nauauit operam. A. MDCXXIX. d. 3. Febr. *Altorfi* pro gradu *Doctoris in Iure* Disputationem, eandemque sine Praefide, habuit & defendit, de acquirendo rerum dominio; neque tamen in *Martiali illo Cataclysmo Lamboico* recte vel in foro, vel in patria, potuit prodesse. A. MDCXXXV. a SER. PRINCIPE, DN. JO. ERNESTO, *Assessor in Scabinatu Ordinarium* declaratus est, qua cum functione quoniam, a fundato Gymnasio, *Professio Iuris* coniuncta fuit, hanc quoque ornandam iussus est suscipere, & succedere *D. Iosuae Maio*, dieque 12. Jan. A. MDCXXXVII. solenniter in Auditorium maius introductus, *Professor Iuris* nominatus, & Studiosae Iuuentuti commendatus fuit, praecuo programme, quod *Dn. Sup. Generalis, D. Keslerus, Scholarcharum omnium & suo nomine*, scripsit, & impressum est, & vt in *Matricula* adscriptum legitur, voce *Consliarii & Scholarchae, D. Andreae Petri Wolffrum / vicaria*. Anno ante, MDCXXXVI., *Aduocatus* etiam euaserat *iuratus, prouincialis*, quod tunc cum *Scabinatu Coburgi* erat, *Dicasterii*. A. MDCXLIII. *Nobilissimus* huius loci *Senatus* officium *Syndicatus* Ei detulit; *Aduocaturam Ordinis Equestris* huius loci, in *Franconia*, A. MDCXLVIII. acceptauit: multo ante, & A. MDCXXVIII. matrimonio sibi iunxerat *Virginem emendati moris, Mariam Elisabetham, filiam Petri Hahn's* *Negotiatoris Kizingensis*, cum qua Parens factus est trium liberorum, nominatim, *Philippi Christophori, Poligraphi Rodacensis, & Mariae Elisabethae, Vxoris D. Danielis Keyseri, Iuris iridem Doctoris, Gymnasii Professoris, & Aduocati Aulici: emeriti D. Guntzelii, Professoris & Syndici*, in locum A. MDCLVIII. surro-

furrogabatur modo dictus *Gener, D. Keyserus*, infra percrensendus: mortua est Coniux A. MDCLXIV., prostatque typis exscripta Concio funebris: abiit *Ipsè Gunzelius* e vita d. 12. Octobr. A. MDCLXV., cum emensus esset in vitae suae curriculum, & magna cum laude, annos LX. menses VII. cum septimanis II. & diebus VIII. *Scripta a GVNTZELIO Doctore, & Ipso e Autore*, prodierunt: *Disputatio Inauguralis iam citata, de acquirendo Rerum Dominio, hab. A. 1629., Interpretatio Tituli de Regulis Iuris, quae recusa fuit Francofurti A. 1697. 12., Positiones de Iure Tutelarum, s. Disputatio, habita A. 1642., Diss. de Vusufructu, hab. A. 1649., & respondente iam nominato filio, & Disputatio, exhibens ea, quae D. Imperatoris Iustiniani Institutionum Libro primo continentur, eodem anno habita. Conferantur, Dn. Consilarii Hoennii Chronicon Coburg. p. 100., Wittenius in Diar. Biogr. ad A. 1665., Gelehrten-Lexicon p. 901., Dn. Struuius in Bibliotheca Iuris selecta p. 214., ubi inter Compendia praestare perhibetur Interpretatio Tituli de Regulis Iuris Gunzeliana, nec non Libri, quem foras Schlesingae dedimus, Memorialis Ill. Gymnasii Saxo Hennebergici, Vitae illorum, qui Schlesingae inde ab ortu Gymnasii studiis liberalibus operati sunt, summam exhibentis Recensio III. p. 34.*

§. XX. Sistitque calamum, in illa Matriculae serie perre-
cturum, & ad Professorem alium, D. Bergnerum, Orationis,
quae insequitur, *пѣвѣтгов*. Oratione enim Latina & prosa sur-
get, & laudandum virtutis suae munus hodie tuebitur Iuuenis
Studiosus excitatae indolis, bonis literis operatus & artibus inge-
nuis, bonaeque expectationis,

PETRVS

PETRVS PHILIPPVS CHRISTOPHORVS

HAEREMAN /

Arlizensis,

CHRISTVM exhibiturus Regno suo nunquam se abdicaturum: accepta videlicet occasione differendi ex Abdicacione recentissima Hispanica, & a vetere in Republica terrestri abdicandi instituto, exemplisque identidem nouis eorum, qui purpuram reddiderunt, ad aliam Regni CHRISTI digressus conditionem, qui Exrex non fiet, Mich. IV. 7.: finis erit tantum Oeconomiae Christi, Regni ipsius non erit finis, Luc. I. 33. Vos, CIVES STUDIOSI, attente audite; Resurrectionem, cuius etiam fructus erit triumphatoria hostium subactorum traditio (Dannb. Hodof. Phaenom. VIII. p. 780. 781. & D. Io. Christoph. Pfaff in diss. inaug. de fine Oeconomiae Christi ex 1. Cor. XV. 24. delineato) rite perpendite: Gratiamque hanc Redemptoris affectu exosculamini ardentissimo! P. P. Coburgi ipso Paschatos Festo A. MDCCXXIV.



PETRVS

Ye 2777

ULB Halle 3
007 679 53X



VO 18

Me







I. N. 7.

MEMORiarVM
COBURGENSIVM
ET
FASCICVLI
TERTII
PRIMA
J.
MEMORIA
IO. CHRISTOPHORI
KOLHANSI,
PROFESSORIS.

